Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26147
Copyright: Admont, Benediktinerstift



31

optimus filius esse videtur. ut ide sit natalis filius patris et adoptivus filius unigenitus. Ad quod dici potest. xpm filium unigenitum esse et natum natalium et gratia. nec tamen adoptivus filius unigenitus est. quia non per adoptionem est; per unionem filius unigenitus esse dicitur. filius enim unigenitus dicitur eo quod in unigenito hominem accepit. in unitate persone. et hoc fuit gratie non nature. Unde aug super lohm. Quod homo natalium et gratia filius unigenitus est equalis patri. non est gratie est; nature. quod autem in unitate persone unigenito assumptus est homo gratie est non nature. Xpe igitur nec di nec homo est adoptivus filius. sed di et homo natalium. Quod ut natalium sit homo filius aug ostendit in libro de fide ad petrum. Ille scilicet dns factus est natalium filius homo. qui est natalium filius unigenitus di patris. Quod autem non sit adoptivus filius et tamen gratia sit filius. ex subdimus probatur testimoniis. Ieron super epistam ad ephesios ait. De ihu x septum et qa semper cum patre fuit. et nunquam cum ut esset voluntas patrina precesserit. et ille quidem natura filius est nostra adoptione. Ille nunquam non fuit filius. nos ante quam essemus predestinati sumus. et te adoptionis spm accepimus qn credidimus in filium dei. Hylarius quoque in lib iii. de trinitate ait. Dns dicens clarifica filium tuum. non solo noie contestatur se esse filium. sed perpetuae. Nos filii dei sumus. sed non talis hic filius. Hic enim uere et propius est filius origine non adoptione. veritate non nuncupatione. natiuitate non creatione. Augustinus etiam super lohm ait. Nos sumus filii gratia non natura. unigenitus autem natura non gratia. An hoc in ipso filio ad hominem referendum est. Ita sane. Ambrosius

Responsio.

Augustin?

Ieronim?

Hylarius.

Augustin?

Ambrosius.